

trahitur 2. diff. 269. §. qui ad 2. Tho. Sanch. l. 1. de matr. diff. 2. 4. n. 6. habet igitur hæc promissio hinc sensum Jure Canonico. vt ex supradictis constat, quod promittens teneatur se facturum, & curatur quod alter faciat, hoc namq; dicitur a quibus canonica, quod præsertim procedit, quando promissio facti alieni fuerit iurata, quia iuramentum hoc operatur, vt faciat actum valere meliori modo, quo potest, vt in terminis tenet glossa final. in ca. ex rescripto de iur. iurand. & ibi communiter DD. est communis, vt plures allegando affirmatiui in d. ca. 44. numero 3. & nobiscum Thom. Sanch. vbi supra num. 7. & Molin. vbi supra in §. quinto quando, &c. Et ante eum cum alijs Roland. à Valle. consil. 6. num. 33.

Secundo, quia Jure Canonico valere huiusmodi promissionem facti alieni, & intelligi modo supradicto: nempe, promittentem obligari se facturum, & curatur docet communis sententia contra Alciacum l. 5. citro, num. 139. ff. de verb. oblig. & Anton. Gomez secundo tom. ar. ca. 10. numero. 23. vt patet ex didis per nos vbi supra d. num. 2. & tenet Anton. de Butrio in ca. ex literis, el segundo. numero 9. de sponsal. & ibi Abb. num. 6. & Alex. de Neuo num. 3. Alex. & Jal. in l. stipulatio ista, in princip. num. 5. ff. de verb. obligat. Felin. in d. ca. ex rescripto nu. 18. de iur. iurand. Villalobos in suo erario commun. opin. litera P. numer. 521. Couar. vbi supra nu. 1. & 2. Matien. in l. 2. titulo 16. glof. 6. num. 4. lib. 5. noua collect. Reg. & ibi Azeued. num. 42. Molin. d. §. quoad secundum, & Thom. Sanchez vbi supra num. 8.

Tertio, quia promissio facti alieni obligat etiam in foro conscientie, quia cum ius ei non resistat, oritur ex ea obligatio naturalis, ita Couar. vbi supra n. 2. & Molin. disputacione 268. §. quod si sit, Thomas Sanchez vbi supra num. 9.

Quarto, quia promissio facti alieni obligat hodie etiam Jure Ciuili in his regnis, attenda l. 2. tit. 16. lib. 5. noua collect. Reg. in eum, quem prædiximus sensum, nempe, vt promissor se abstineat ad faciendum, & curandum, vt alius afficiat, vt cum Greg. Lopez in l. 11. glof. 1. tit. 11. partia 5. Matien. in d. l. 2. glof. 6. num. 4. & 5. lae probauimus d. ca. 4. n. 6. & Olanum in sua concordia iuris litera O. m. 9. & in correct. legum Partit. n. 94. & Azeued. in d. l. 2. nu. 31. Molin. Theolog. in d. disputacione 268. §. ad secundum.

Cum hæc igitur ita se habeant, verissima efficitur ex eis conclusio, & doctrina, quam in limine statim huius cap. figimus, quod promittens matrimonium pro absente in scio cum iuramento, vel absque eo tenetur bona fide, & absque fraude adhibere omnem diligentiam, quâ rei qualitas exposcit, quod si autem aliter nolit, promissor liber remaneat, & non sit periturus: quæ sententia sicut iure probatur, ita quoq; autoritate omnium Doctorum de hac re agendum non caret: est enim communiter recepta, & approbata, vt constat ex supra allegatis in initio huius co. & ex quamplurimis ad hoc idem specie citatis per Thom. Sanch. d. disput. 24. n. 11. lib. 1. qui eam pro firma ponit, & sequitur, refertque eam tenere D. Thomam in 4. distinct. 29. quest. vnic. art. 4. ad 3. & D. Bonaventur. ibi quest. 3. in fine D. Anton. in 3. parte summat. l. ca. 18. ante §. 1. vers. item, qui contraxerunt, & ca. 7. in fine. Sotum in 4. d. distinctio 29. quest. 4. art. 3. ad 3. Petrus de Ledesma de matrimonio quest. 43. art. 2. dubio vltimo, conclusio 1. Vegam lib. 5. sue summa casu 58. & quamplures Iuristas, & alios Summistas.

Illud tamen in proposito summopere obseruandum est, nempe, minime facis facere fidei præstare promittentem facti alienum, si sic, & simulate, vt ipso petendi modo indicet voluntatem parum propensam, ad id assequendum (hoc est, vt vulgo dici-

tur, per cumplimiento) vt constat ex supradictis, & ita Hostiens. in c. ex literis, el segundo, de sponsal. dicit tenere ad procurandum sine plica, & sine fictione (hoc est) sine dolo, & conuentione, & tenet expresse Marant. 9. 7. numer. 2. & confirmat Thom. Sanchez vbi supra num. 12. estque verissimum, & probauimus d. ca. 44. sub num. 3. ibi quia hoc verbum importat, &c.

Unde si promissor facti alieni hæc obseruauerit, & proculdubio liber quoque erit a pena, & interesse, vt cum communi probauit D. Couar. vbi supra num. 3. & nos d. cap. 44. numer. 3. Greg. Lopez in l. 3. ff. in glof. de iur. iur. tit. 18. partia 3. & m. l. 1. in glof. tenendo, titulo 11. partia 5. Ant. Gabriel, 3. tom. commun. opin. lib. 3. de pactis conclusio 2. num. 2. Anton. Cuch. lib. 5. in fin. maior. titulo 12. num. 19. 6. Matien. in l. 1. secund. da. glof. 6. num. 6. titulo 16. lib. 5. noua collect. Reg. Molin. Theolog. 2. tom. de iustitia, & iur. disputacione 268. §. quod si sit, & alios plures allegans Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio disput. 25. num. 3.

Quod procedit, etiam si promissioni addatur, promitto alterum facturum cum effectu, adhuc namq; promissor a pena eximitur faciens, quod in se est, secundum communem sententiam, quâ refert Roland. à Valle cons. 53. nu. 4. & 15. l. 1. & cum Couar. vbi supra n. 6. nobiscum, & alijs probat recte Thom. Sanch. d. lib. 1. de matrim. disputacione 25. num. 4. vbi num. 5. hoc temperat, cum Molin. vbi supra, vt non procedat, si promittens sciebat se id minime obtenturum, aut si ea de re dubitabat, deceptioe eo promittendi modo, eum, cui fupponit, vt illi promissioni innitens contractum onerosum iniret, alias non initurus, vt si aliquam vixorem duxit, quia promissit se obtenturum a Rege officium, idq; tanquam certum suasisit, cum incertum esse intellexerit, tunc namq; tenebitur huiusmodi promissor in foro conscientie, & limitationem rei promissæ restituere, quia iniustus deceptor fuit.

Limitatur secundo illud de pena, quando de animo contrahentium constaret voluisse abstingi ad penam, vel interesse in omnem euentum, quia tunc ad id tenebantur, neq; excusantur eo quod fecerint quod in se ipsis est, veluti si promiserint se alterum in demnem prestaturos, vel de pioserit bonis soluturos, quia tunc non promittitur factum alienum, sed proprium in eum euentum, si alius non efficiat, sed compensationis facti alieni, quod gerendum erat, ita tenet Decius in regula impossibilium l. 4. n. 5. ff. de regul. iur. Maranta d. q. 7. m. 23. D. Cou. de pact. in 6. secunda parte, §. 3. m. 5. in fine. Ant. Gabriel, vbi supra n. 9.

Similiter quoties manifeste patebit consensus promittentis, quod voluit seipsum teneri ad penam, vel interesse, si alter pro quo promissio non fecerit, etiam si is diligentissime curauerit, quod faceret, nihilominus tenebitur huiusmodi promissor ad interesse, vel penam secund. Aret. in l. si ita stipulatus §. postum ff. de verb. oblig. cuius sententiam veriore esse arbitrat, eam bene probans cum alijs aduersus alios D. Couar. d. §. 5. num. 6. est communis secund. Roland. à Valle d. consil. 31. nu. 12. cum sequentibus, quam etiam sequitur Marant. Anton. Gabriel, & Thom. Sanchez vbi supra 4. alia exempla ponit ibi Anto. Gab.

Sic etiam si quis sub certa pena promittat Titum fidei iuramentum, & adhibita omni diligentia, nolite illi Titus fidei iurare, licet promittens excusetur a pena, quia perhibuit omnem diligentiam sibi possibilem, sed non ab alio fidei iuratore, æque tuto præstando, vt cum Bald. Aretin. & Decio resoluit Anton. Gabriel. d. conclusio secunda num. 2. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra, numero 7.

Ultimo obseruandum erit, suprad. omnibus nihil obstat d. l. 1. titulo 11. partia 5. ibi, si el otro no cumple,

cumplere, tenedo sera el de lo cumplir, o de lo pechar, con los danos, y menoscabos: quibus verbis attentis videbatur, corrigi ius commune, & probari promissorem facti alieni non liberari vnquam a pœna conuentionali, quamuis omnem diligentiam in se possibilem fecerit, si alter non adimpleat, & ita Greg. Lopez ibi, verè, tenedo, aiebat, satis virgere eam l. contra communem opin. & in terminis, ita tenet Villalobos in sua antino. Iur. Ciuili, & Regy litera P. num. 40. & in erario communi. opin. litera P. num. 522. Olanus in concord. iur. litera P. numer. 73. & Azeued. in l. 2. nu. 42. tit. 16. lib. 5. noua collect. Reg. Nihilominus tamen lex illa non corrigi communem opin. supra dictam in verbis supra relatis, imo iux. præd. communem debet intelligi, nempe eo casu, quo promissor non adhibuit omnem diligentiam sibi possibilem, secus si illam adhibuit, vt late probauimus de iuramento confirmat. 1. parte cap. 44. num. 3. columna eius secunda, & hoc est verius secund. Thom. Sanchez d. disput. 25. numer. 8. qui nos citat, & sequitur contra supra dictos.

CAPITULUM XV.

De obligatione sponsaliorum, eorumque executione.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsata vni, (hoc est) sponsa promissa, de Jure Ciuili, alteri nubere non prohibebatur, sed Jure Canonico, & quoad forum conscientie est correctum.
- 2 Promittens sponsalia, prius monendus est, quod si renuat fidem adimplere cogendus est censura Ecclesiastica, nisi, vt hic.
- 3 Promittens sponsalia nullo premissio tempore, nec conditione, quando cogendus sit fidem adimplere?
- 4 Vouens Deo nullo premissio termino, quando teneatur id votum adimplere?
- 5 Debitor ita demum tenetur soluere debitum, cum à creditore fuerit requisitus, vbi quid in foro conscientie.

Jure Ciuili vni desponsata, (hoc est) sponsa promissa, alij nubere non prohibebatur l. 1. C. de sponsalib. vbi glof. & Cyn. idem esse Jure Canonico asserbant, quod sub dubio tenebat etiam Gratian. 27. questione 2. §. sed aliunde, & §. fin. & videatur probari in c. requisitus de sponsal. vbi Abb. num. 6. dicit esse probabile: sed in contrarium est communis sententia, nempe, tex. illum in d. l. 1. C. de sponsal. Jure Canonico esse coercendum, ac proinde sponsalia obligare Jure Canonico attendo, vt late probauimus de iuramento confirmat. 1. parte c. 5. 1. nu. 3. cum sequentibus, vbi respondimus ad d. c. requisitus.

Quod etiam procedit quoad forum conscientie, obligant namque sub culpa mortali, cum res sit grauis, maximaque in feratur iniuria, si non impleantur, & præterea, quia omnis contractus obligat ex iustitia, sed hic est contractus facio, vt facias, ergo obligat ex iustitia, & sub mortali: ita tenent D. Thom. in 4. distinct. 27. quest. 2. art. 1. ad 2. & ibi Paludanus quest. 16. art. 2. post tertiam conclusionem nu. 14. D. Anton. in 3. parte sue summae tit. 1. cap. 18. in fine, & §. final. Caietan. in summa verbo sponsalia, Sotus in 4. distinctio 27. quest. 2. art. 5. vers. & reliquis Petrus de Soto l. 1. de matrimonio §. quoad primum, Cordub. lib. 1. sui question. quest. 13. in principio, Alphonfus à Veracruz in 1. parte Speculi conjung. art. 16. in princip. Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 13. num. 2. Petrus de Ledesma de matrim. quest. 43.

art. 1. dubio 2. Molina Theolog. de Insti. & Iur. secund. tom. disputacione 271. folio 113. ad fin. Manuel Rodriguez 1. tom. summa in 2. editione cap. 244. numer. 1. Barthol. à Ledesma de matrim. dubio 8. folio 129. Ludouic. Lopez in 2. parte instrum. in materia de matrim. cap. 39. folio 106. col. 1. Magister Bera in summa cap. 18. Vega lib. 6. sue summa casu 105. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez, lib. 1. de matrim. disputacione 28. num. 2. Ex quibus constat, hæc esse communem sententiam Theologorum, & quam etiam tenent, & fatentur Iurisperiti, & Summistæ, quorum plures refert idem Sanchez, præcipue Abbatem in c. ex literis, el segundo, de sponsal. à num. 3. Couar. in 4. de sponsalib. 1. parte cap. 4. in princip. num. 2. & nos de iuramento confirma. 1. parte cap. 51. num. 5. Matien. in rubrica. tit. 1. glof. 1. num. 43. lib. 5. noua collect. Reg. Azeued. in l. 1. tit. 1. numer. 15. eodem lib. Marc. Anton. Cuchum lib. 5. in fin. maior. tit. 12. num. 21. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordinar. vers. contrarium tamen, & nouissime Anastaf. Germon. lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 21. num. 36. & 37. Angel. in summa verbo sponsalia num. 21. & ibi Syluest. quest. 4. dicto 1. & quest. 10. dicto 3. Tabiena ibi, quest. 6. num. 7. & Armill. 7. Sarmient. lib. 1. Select. interpret. cap. 5. nu. 3. & tenent alij, quos refert Sanchez vbi supra.

Quoad secundum de executione sponsalium (hoc est) an qui citra legitimum causam implere recusat sponsalia, sit cogendus per iudicem fidem probare: in tres diuisi sunt sententias scribentes, prima est negativa, ex tex. in d. cap. requisitus, quam tenent Angel. in summa verbo sponsalia, num. 42. & ibi Armill. nu. 7. Anastaf. Germon. vbi supra d. num. 36. Secura in Directa iudic. Ecclesiasticæ secunda parte, ca. 15. nu. 4. cum sequentibus, Angles in florib. Theologie, questionum 1. parte in q. de essentia lib. matrim. art. 4. distinct. 4. Manuel. vbi supra limitans, nisi sequatur infamia ampliant Armill. & Angel. etiam si sponsalia sint iurata.

Secunda sententia est, tunc cogendum esse hunc sponsorem, quando sponsalia iuramento confirmantur, quam tenent plures Iuristæ, & Theologi, quos refert Thom. Sanchez d. lib. 1. disput. 26. num. 3.

Tertia verior, communis, receptissima in tribunalibus Ecclesiasticis, & tenenda sententia est, quam satis probauimus in nostro tractatu de iurament. confirmat. 1. parte d. cap. 51. num. 4. & lib. 1. Canonice questionum cap. 18. na. 0. nempe prius monendum est huic promissorem, etsi renuat cogendum per censuram Ecclesiasticam, nisi a tectis circumstantijs iudex prædenter arbitretur, ex inuitis nuptijs grauis mala, & scandala timeri, vt perpetuas dissensiones, iurgia inter conjuges, virum relicta vxore discessit, &c. Et hoc siue sponsalia sint iurata, siue non ex glof. in c. 2. de sponsal. verb. ex interpositione, & ibi Abb. & DD. & alibi æquissime, D. Couar. de sponsal. in 4. prima parte cap. 4. in princip. dicens oppositam sententiã esse erroneam, congerit plurimos, hanc nostram sententiã sequentes, eam tenens, & dicens esse probabiliorem Thom. Sanchez d. disputacione 29. n. 4. vbi in 5. quo studiosius compellendus est cogendum per coactionem iudicem, necesse est, vt iudice id sibi cõstet: quod non credit necessarium Thomas Sanchez, quia totum hoc negotium arbitrio, & prudentia iudicis videtur esse commissum, & ita credit sufficere, vt iudex ex circumstantijs, quas præ oculis habet prædenter arbitretur scandala sequenda esse: sed adhuc censet requiri ad hoc aliquam causæ cognitio-

nem in foro exteriori, licet non ita magnam, quia modica coactione est tunc vtendum, non vero strictissima, ne consensus requisitus ad matrimonium deficiat: quare si sponsum ita obstinatum esse videat, vt libere consentire matrimonio repugnet, monitione potius, quam exactissima coactione, vti debet: hoc est, quod sentit d. cap. requisitus, ibi, monenda est potius, quam cogenda, ita Fortun. Garf. in cap. 1. de pact. D. Couar. vbi supra numer. 5. nos d. 6. a. 15. m. 4. Alex. Carrer. lib. 1. de sponsal. cap. 11. Ant. Cuchus lib. 5. instit. maio. cap. 10. num. 20. & 21. Menoch. consil. 386. num. 2. volumine 4. Azueved. in l. 1. n. 16. tit. 1. lib. 5. non. collect. reg. Zuniga de voto quest. 1. a numero 53. Thom. Sanch. d. disputatione 29. nu. 8. vbi nos & supra dictos refert.

3 Nunc autem hic agendum est, quando teneatur implere, qui contraxit sponsalia nullo prefixo termino, nec conditione adhibita videtur namque huc promittentem teneri statim habita commoda oportunitate implere; quia in omnibus obligationibus, in quibus terminus solutionis non apponitur presenti die debetur, tan omnibus ff. de reg. jur. & in l. eum qui. §. quousque ff. de verb. oblig.

4 Hinc est, quod emittens votum Deo, nullo prefixo termino teneatur statim, vbi commode potest implere, quia per hoc votum dedicat vovens totum vitæ suæ tempus Deo, & ita teneatur statim implere, ne Deum eo tempore, quo votum differt, defraudet, vt censet Palud. in 4. dist. 38. quest. 3. art. 2. conclus. 2. in fin. D. Anton. in 2. parte sua summa tit. 11. cap. 2. §. 1. Syluester verbo votum 2. quest. 5. Suarez in 1. tom. de sacramenti, quest. 71. art. 4. dist. 31. sectione 2. fol. 46. columna 2. et communis sententia secundum Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disput. 28. num. 1.

Non ergo satisfacet obligationi a se emissa promittens fornicari matrimonium, si ante mortem contrahat, quia promissit toto vitæ spacio cum ea conuiuere, ergo est in mora, si statim habita oportunitate non implet, eo quod defraudet sponfam eo tempore, & in terminis ita tenet Barthol. à Ledesma de matrimonio, dubio 13. in principio, quæ sententia vera est, requirente demum hoc, eo, cui promissio facta est: tunc namque, eo scilicet petente, teneatur promissor adimplere promissionem suam, si commode potest, nullo adiecto termino solutionis.

5 Quia debitor ita demum in huiusmodi casu teneatur soluere, cum à creditore fuerit requisitus; l. debitores presentes C. de pignor. vbi glof. verb. conueniendi. Hostiensis & Abb. in cap. final. numero 19. de prescript. Palud. in 4. distinctione 38. questione 3. articulo 2. numero 1. 4. Nauar. in summa cap. 17. numero 79. Manuel Rodriguez in summa 2. tom. cap. 43. numero 4. post alios Summistas, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 2. vbi quod hoc in foro conscientie intelligendum est, nisi creditor petere non audeat ex timore reuerentiali, tunc enim quamuis creditor non petat, constituitur in mora promissor. secundum eosdem Summistas, quos ibi citat, & inter eos Manuel Rodrig. addit, idem esse dicendum, quando ex obliuione creditor non petat: quo enim creditor debitum nouit, & potens commode petere debitum, non petit, videtur consentire dilatori: idem igitur in sponsalibus promissis dicendum est, vt recte probauit Thom. Sanchez, vbi supra ad finem numeris secundis, dices maxime pro feminis aduertendum esse, quia licet multum cupiant sponsalia perfici, sæpe non audent petere, vel non instant ob sponzorum timorem, vel ne tædio affecti desistant, vnde sponsi tunc non erunt, quia ea dilatio non est voluntaria, idem nos censemus esse dicendum in ipsis feminis sponsalia pro-

mittentibus, quod teneantur ea adimplere, cum ab ipsis viris hoc fuerit petitum, vel ante, si minime ipsi viri id petunt, ex obliuione, aut quia rationabiliter non audent petere per supra dicta.

CAPITULUM XVI.

De sponsalibus contractis per patrem de vna filiarum.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia non sunt, quoties pater promittit se vnam ex filiabus indeterminate daturum, & ipse consentiant, neque oritur ex eo publicæ honestatis impedimentum: verum in hac specie, illi consentientibus, electio erit promissoris, vt in num. 2. & quid si ante electionem patris, omnes eius filie, vna excepta, sint mortuæ, an eam teneatur dare pater, in foro exteriori, & conscientie numero 3.
- 2 Pater si promittat alicui uxorem filiam suam Mariam, & casu, quo nequeat eius sororem, ad quid teneatur?
- 3 Promittens aliquam ex pluribus se daturum, quid si postea vnam ex eis carnaliter cognoscit?

**O**Mnes conueniunt, non esse sponsalia, quoties pater promittit se vnam ex pluribus filiabus indeterminate daturum, & illæ consentiant, neque oriri ex eo publicum honestatis impedimentum: & probatur expresse in l. 10. in princip. tit. 1. part. 4. vbi cauetur, que promittentis, & jurando vni homo a oro, que rescribitur vna de suis filiis per uirgines, per tales palatras como estas, no se hacen las desposasias por que ningunas de sus hijas no estan delante. Et paulo infra, ibi, & si el padre jurasse o prometiere a aquel, que auia jurado a el que rescribitur vna de sus hijas, que gela daria por uirger, si despus ninguna de sus hijas non lo orogasse, nin quiesse consentir en a quel, a quien auia jurado su padre por tal razon, non las puede el apremiar, que loogan de todo en todo.

Verum in hac specie illis consentientibus promissioni patris, electio erit promissoris, prout generale est in omni alia promissione alternatiua, vt in l. plerumque in fine ff. de iur. dor. vnde pater in hoc casu offerens quamcumque filiarum suarum excusat, quamuis alter eam ducere nolit, quod si antequam aliquam ex illis offerret, omnes vna dempta, obirent, teneatur superfluum dare, ita expresse decidit in l. 11. tit. 1. part. 4. qua seclusa idem probant Henric. in cap. ad audientiam num. 2. de sponsal. Gofred. in summa tit. de sponsal. impub. nu. 415. & 16. D. Anton. in cap. 18. ante §. 1. in versio. item qui contraxerunt, Summistæ Rosel. verb. sponsalia num. 4. Angel. 9. Syluest. quest. 6. Tabie. quest. 7. num. 8. Armil. num. 9. Brunel. de sponsal. conclusio 5. num. 6. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. de matrim. lib. 1. disputatione 26. num. 2. & Petrus Nicol. Mocius de sponsal. tit. de substantial. & c. spons. num. 5. & 6. fol. 169.

Sed dum d. l. 11. inquit, que si ante que el padre sena- lase alguna de sus hijas para darfela, se muriesen todas, fueras vna, que no ouiesse voluntad a darle aquella, tenudo es de darfela, por cumplir la promissio que hizo: procedit in foro exteriori: in foro namque conscientie, ita distinguit Sanchez, vbi supra nu. 3. vt si absolute promissit, volens se absolute obligare, quamuis animam habuerit dandi certam, teneatur dare illam superfluum, si vero tantum habuit animum se obligandi ad certam

certam tradendam, tunc, si aliud damnus, aut scandalum minime sequatur, non teneatur illam superfluum dare, quia sic promittens matrimonium, non teneatur in foro conscientie implere, si aliud damnus non sequatur.

4 Quod si pater promittat alicui Mariam eius filiam sponfam, & casu, quo nequeat eius sororem, teneatur tradere Mariam, si possit: si autem nequeat, & Maria tacite, vel expresse consentit sponsalibus, non sub conditione, vt pater pollicitus est, sed absolute, tunc non potest sororem eius tradere impediendo hoc publica honestate orta ex prioribus sponsalibus absolutis: si autem illa non consentit, vel tantum sub conditione, quæ impleta non est, teneatur vtique sororem dare iuxta promissam, cum nullum publice honestatis impedimentum oblet iuxta cap. vnus, de sponsal. lib. 6. ita tenent, & recte Henrich. D. Anton. Rosel. numero 7. Angel. num. 26. Syluest. & Thom. Sanch. vbi supra numero 5. si autem quis promittat ducere vnam ex pluribus consentientibus, potest eligere, quam maluerit ex eis, & electa teneatur, quia omnes illæ repromiserunt, & promissoris est electio, vt prædiximus, ita cauetur in l. 9. vers. otro si titulo 11. part. 4. vbi Greg. Lopez in verbo, ouiesse, & Thom. Sanchez vbi supra numero 6.

5 Utrum autem, quando quis vnam ex pluribus se daturum promittit, postea aliquam ex illis carnaliter cognoscat, sponsalia illa transeant in matrimonium? magis spectat questio hæc ad jus antiquum, quam eo iure bene examinat Thomas Sanchez vbi supra numero 7. cum sequentibus, quam ad jus nouum Sacri. Concil. Trident. quo attentio cessauit iam, matrimonium presumpsa per copulam, vt late probauimus de iuramento confirmat, in 1. parte cap. 5. 1. num. 8. cum sequentibus, & ideo hic eam omitimus: quod si promissio illa, & copula fieret, & haberetur affectu conjugali coram parrocho, & testibus maneret ius antiquum illatum, & esset matrimonium, vt recte obseruat Thom. Sanchez d. disputatione 26. numero 12. ad fin. vbi numero 13. quod non ideo conditio de dote constitucnda in sponsalibus adiecta extincta censeri debet, & sic dotis soluendæ obligatio, secundum Sotum in quarto distinctione 29. quest. 2. articulo 2. post tertiam conclus. vers. contra hanc autem, & c.

CAPITULUM XVII.

Utrum in sponsalibus, & matrimonii pena adijci possit pro firmiori eorum obligatione?

SUMMARIUM.

- 1 Pena an adijci possit in sponsalibus, & matrimonii pro firmiori obligatione? & per totum caput: deciditur negatiue.
- 2 Quod primo ampliatur, vt procedat non solum, quando pena apponitur per ipsos sponfos, sed etiam per eorum consanguineos, quando militat eadem ratio probabilis secundo ampliatur, vt procedat etiam quando pena ponitur inter multum astrictos ipsi sponfos amicitia, existente eadem probabilis ratione, vt in num. 3. Tertio ampliatur, vt procedat etiam, quando promittentes penam, graue damnus inferre possunt contrahentibus, nisi contrahentes, vt in num. 4. ampliatur quarto, vt procedat etiam si pena sit modica atenta contrahentium dignitate, vt in nu. 5. ampliatur alijs modis numeris sequentibus.

- 6 Pena adiecta de matrimonio contracto dissolueno non valet.
- 7 Pena, que mulier promissit, se alicui non nupturam, non valet.
- 8 Pena adiecta fauore matrimonij, nempe, quod vis non tenebit concubinam, valet.
- 9 Pena adiecta matrimonio per alios quando nulla imponitur necessitate contrahendi matrimonium, an valeat?
- 10 Pena adiecta matrimonio inter omnino extraneos, vt hæc bene, valet.
- 11 Pena adiecta per sponsum extraneo nisi perfecerit sponsalia non valet.
- 12 Pena promissa ab extraneo contrahenti sponsalia valet.
- 13 Promissio pena inter extraneos, si Petrus non duxerit Mariam, an valeat?
- 14 Pena adiecta sponsalibus, an valeat quoad id, quod interest?
- 15 Pena adiecta sponsalibus, vel matrimonio sponte soluto, an sit restituenda? & num. 17.
- 16 Donatio in dubio non præsumitur, cum suis ampliationibus.
- 17 Pena promissa in contractu sponsalium, an firmetur iuramento? & numeris sequentibus.
- 20 Promissio pena in sponsalibus est contra bonos mores naturalis.
- 21 Iuramentum contra bonos mores, ciuiles, aut naturales, quando dicatur esse?
- 22 Iuramentum soluendi penam in sponsalibus adiectam, dato, quod non obliget, an casoluta, statim repeti possit?

**P**ars negatiua deciditur in cap. Gemma mulier 29. de sponsalib. ibi: cum itaque libera matrimonia esse debeant, & ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit merito improbanda: Mandamus quatenus, si est ita, eundem B. vt ab extorzione præd. pœnæ desistat, Eccllesiastica censura compellas: idem probat l. Titia 134. ff. de verb. oblig. & l. final. G. de sponsal. 39. tit. 11. part. 5. l. 1. titulo 11. part. 4. in versio. ca como quier: & late probat Iure Canonico, & Concil. Parisi. & Trident. sess. 24. c. 9. de reforma. M. Ant. Eugen. consil. 13. num. 14. cum sequentibus: vbi etiam quod non valet statutum prohibitum matrimonii mulierum in forenses sub certa pœna: sola tamen culpa venialis erit adicere penam, non vero mortalis, quia cum ea minime valeat, & subinde non compellat ad matrimonium, non videtur res adeo grauis, secundum Caiet. in summa titulo sponsalia, & ibi Armill. numer. 14. quos sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatione 30. num. 21. & disputatione 32. sub num. 21.

Ampliatur primo, vt procedat d. conclusio negatiua non tantum, quando pena per ipsos sponfos apponitur, sed etiam, quando per eos, qui ipsos sponfos ita iure sanguinis attingunt, vt probabile sit fore, vt inducantur ad matrimonium, ne consanguinei penam soluant, quia eadem ratio prohibitionis militat in hoc casu; & ita merito tex. in d. cap. Gemma. annullat penam constitutam à parentibus sponzorum: ita in terminis tenent glof. in d. l. Titia in princip. verb. matrimonia ff. de verb. oblig. & ibi Barto. & communiter DD. Ioan. Andre. Abb. & communiter DD. in d. cap. Gemma, et communis secundum D. Couar. in quarto de sponsal. 2. parte cap. 3. §. 7. numer. 5. Guillerm. Benedicet. in cap. Rainutus verbo, qui cum alia, num. 98. de testam. Mathæus de Perusio inter consil. matrimonial. Ziler. consil. 6. numero 5. Greg. Lopez in de l. 39. verb. quierent. tit. 11. part. 5. Villalobos in errori communium opin. litera P.

num. 87. Ant. Gabriel secundo tom. comm. opin. lib. 14. vbi supra sponatur, folio mihi 199. col. 2. ad fin. Matien. in rubrica tit. 2. glof. num. 2. lib. 5. noua collect. Reg. & ibi Azenc. num. 3. Gratia. in reg. 33. num. 15. Ludouic. Lopez in 2. parte instruct. de matrimonio cap. 41. in princip. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrimonio dispensatione 3. n. 3. Anto. Cuchus lib. 5. de instit. maior. tit. 12. num. 193.

Secundo ampliatur, vt procedat etiam, quando hac pena apponitur inter ita stricta amicitia con- iunctos sponfit, vt probabile sit eis timore ductos, ne amici penam soluant contracturos. matrimo- nium, vt tenent plures ex Doctoribus supra relatis, & Bald. in l. final. num. 10. C. de sponfal. post Alber. ibi numero 5. Salic. 12. Cuman. in d. l. Titia in princip. num. 5. & Paul. de Castr. num. 2. Matien. in dialog. relat. 3. parte capit. 17. num. 8.

Tertio ampliatur, vt procedat etiam quando promittentes penam possint graue damnum contra- hentibus inferre, nisi contrahant, quia similiter matrimonij libertas in hac specie impeditur: timo- re namque ne eos offensus habeant, iacturam facien- tes penae contrahant, vt si contrahentes sint oppi- di domini, vt cum Ant. de Butrio, Alex. de Neuo, & Præposito probat. Tho. Sanch. d. dispensatione 3. o. sub numer. 3. in versum disendam est. vbi idem pro- bat eadem ratione quod penam promittentes, sponfit subditi sunt, vt si sint eorum tutores secund. Speculat. tit. de sponfal. §. primo igitur numero 2. Bart. consil. 45. in fin. volumine 1. Alber. in l. final. numero 5. C. de sponfal. Jafon. d. l. Titia in princip. num. 12. & ibi Alciat. num. 10.

Ampliatur quarto, vt procedat etiam si pena sit modici atrepta contrahentium dignitate: licet enim ea minime reddat contrahentes timidores, ne libere contrahant, ac proinde non desint, qui te- neant eam valere, prout sunt Cyn. in l. final. C. de sponfal. Ioan. Andre. in d. c. Gemma numer. 9. & ibi Henric. num. 10. verius tamen est eam minime vale- re, quia iura de hoc agantia indistincte penam pro- hibent adhibere in contractibus sponfaliorum, & matrimonij, eo quod sit contra bonos mores, & quamuis modica sit pena, aliquantum impedit li- bertatem, et si non impedit est per accidens, & in quodam speciali casu, ut iura adaptantur ad ea, quae fre- quentius accidunt. l. nam ad ea ff. de legib. & in ter- minis ita tenent Bart. & communiter DD. in d. l. Ti- tia in princip. num. 4. ff. de verb oblig. Abb. communiter receptus in d. cap. Gemma nu. 8. secund. de Couar. in d. de sponfal. 2. parte cap. 3. §. 7. num. 5. eam namque sequuntur in d. cap. Gemma Ant. de Butr. num. 8. An- char. 6. Cardin. 2. Alex. de Neuo 15. & Præpos. nu. 9. Salic. in d. l. final. num. 10. C. de sponfal. Summitte verbo sponfal. nemp. Rosell. num. 7. Angel. 14. Syl- uel. quest. 9. dicto 2. est communis, & vera vt constat ex Villalobos in suo exordio commun. opin. litera P. num. 88. Montaluo, & Greg. Lopez in d. l. 49. in glossa, la pena. Alex. Carrer. lib. 1. de sponfal. cap. 5. Matien. in rubrica tit. 2. glof. 2. n. 2. lib. 5. noua collect. Reg. Azued. in d. l. 2. num. 3. & alios allegans, eam sequitur Tho- mas Sanch. vbi supra num. 11.

Ampliatur quinto, vt similiter non valeat pena de matrimonio contracto dissoluendo, vel si ponat pena, si vir, vel vxor dissoluerit matrimonium per ingressum religionis eo casu, quo potest, vel accusauerit alterum de adulterio, vel ex alia iusta causa petierit diuortium: iura namque omnimoda libertatem desiderant in matrimonio, vt in didis iuribusca tenet glof. in d. l. Titia verb. matrimo- nia, & ibi Cuman. numero primo, & Alciat. in prin- cip. n. 6. Hostien. in d. cap. Gemma, & ibi Cardinal. in sine. Alex. de Neuo n. 9. Præpos. 13. M. Anto. Cuch.

lib. 5. instit. mai. tit. 12. num. 191. & Thom. Sanchez d. disp. 3. o. num. 9. vbi cum Alciat. vbi supra, quod cum hodie atrepta. Evangelica. non sunt licita, valet stipulatio penalit, si conijux repudiat con- iugem tanquam iuri conformis.

Sexto ampliatur, vt neque valeat pena sub qua mulier promittit se alicum non nuptura m. siue in per- petuum, siue in tempus, siue sit virgo, siue vidua, vt reiectis aliis opinionibus recte censuit Alberic. in l. final. n. 10. C. de sponfal. quem sequuntur Alciat. in d. l. Titia in princip. num. 5. & Thom. Sanchez vbi supra num. 8. docens diuersum esse spe lucrj ad ma- trimonium inuitari, vel ab eo separari, quod in legatis sub ea conditione contingit, vel metu pena- amitrendi libertatem ad contrahendum matrimo- nium requisitam auferri, quod contingit in casu huius ampliacionis.

Pena tamen fauore matrimonij adiecta, quod vir non teneat concubinam, valebit quidem. Ita Bald. in d. l. final. in fin. post Alberic. num. 9. Jaf. in d. l. Titia in princip. num. 19. Præpos. in d. cap. Gemma n. 13. & Sanchez vbi supra num. 10.

Superiora tamen intelligenda sunt, quoties promissio pena ita concepta est, vt matrimonij ne- cessitate inducat, nea incurratur, vt si parentes, vel sponfit conijuncti promittant penam in eo e- uentus, quo matrimonium minime sequatur, tunc enim non valebit; si secus vero erit, quando promi- serunt sub certa pena, se facturos, & curaturos, vel absolute matrimonium filiorum, tunc namque valet promissio pena, quia deficiit omnino prohi- bitionis ratio, nulla namque imponitur sponfit ne- cessitas contrahendi matrimonium, timore ne pa- rentes, aut alij conijuncti penam incurrant, quia si curent, vt matrimonium sequatur, eo minime se- quito eximuntur a pena, vt prædiximus cap. 12. nu. 1. & sequentibus; ita et tenent Imol. in d. l. Titia in princip. num. 4. Alciat. n. 11. et que verissimum secun- dum Thom. Sanch. d. dispensatione 3. o. nu. 4. aduersus Bald. in d. l. final. num. 10. C. de sponfal. dicentem, in neutro casu valere penae adiectionem, ego tamen sequor priorem partem affirmatiuam præcedentem, & sic pro mam limitationem supra dictam cum Im- mol. Alciat. & Thom. Sanchez.

Secundo limitatur præfata conclusio negatiua, de qua in d. cap. Gemma cum similit. vt non procedat in pena apposita inter omnino extraneos, qui ipsos contrahentes nullo modo ex supra dictis attingunt, quia tunc valida erit, tunc namque per eam nullo mo- do impeditur matrimonij libertas, eo quod præd. penam parui pendant sponfit, si omnino extranei eam soluant, ita tenent Bart. & communiter DD. in d. l. Titia in princip. & plerique ex Doctoribus su- pra citatis; Greg. Lopez vbi supra Costa in l. cum tale §. si arbitratu. limitatione 4. n. 4. ff. de condit. & demon- strat. quod verum esse probant Hostien. in summa titulo de sponfal. numer. 2. & Anto. de Butrio in d. cap. Gemma num. 7. in sine si extranei absque dolo nomi- ne proprio penam ex propriis bonis soluendam, spondeant; si secus si mandato sponforum, vel paren- tum penam promittant, quia tunc habent regressum contra mandantes, & ex eorum bonis soluenda esset pena, vnde eadem esset ratio prohibitionis, ac proinde non valeret: quo opinio verissima est, & sequenda; prout eam quæque tenent, & probant Bald. in d. l. final. n. 10. C. de sponfal. Cuman. in d. l. Ti- tia in princip. num. 8. & ibi Imol. num. 4. Jaf. 12. Alciat. 10. Matth. de Perusio inter consilia matrimon. Ziler. consil. 6. n. 7. Tho. Sanch. d. dispensat. 3. o. sub nu. 4. in versic. quod accipiendum est.

Eadem ratione, si sponfit promitteret extraneo penam nisi perfectet sponfal. non valebit pro- missio

missio pena, quia impeditur matrimonij libertas secund. Anchar. in d. c. Gemma n. 6. vbi Henric. nu- mero 4. Præpos. 7. Salicet. in l. final. num. 12. C. de spon- fal. Matthæus de Perus. vbi supra.

Secus esset, si extraneus promitteret penam con- trahenti, valet namque, ac si extraneo promitteret, quia non impeditur matrimonij libertas, secund. Henric. vbi supra d. numer. 4. & vtrumque sequitur Thom. Sanchez d. dispensatione 3. o. numero 6.

Sunt tamen, qui censent, ita demum valere pro- missionem pena inter extraneos, quando se obli- gant deducendo sponfal. ad contrahenda, non qui- dem per viam principalis obligationis, sed per mo- dum cuiusdam conditionis, vt dicant; promitti- mus hanc penam si Petrus non duxerit Mariam; tunc namque valet promissio pena; si secus si de- ducant in pactum sponfal. per modum principa- lis obligationis, & penam, vt tali obligationi accesso- riam, tunc enim ea non valet tanquam accesso- ria a matrimonio, quod debet esse liberum, vt si extraneus promittat sponfal. nomine Mariæ adie- cta certa pena nomine suo, ita Hostien. in d. cap. Gemma, & ibi Henric. num. 3. & Villalob. in suo exo- rio commun. opin. litera P. num. 88. nihilominus ta- men tenendum est contrarium, nemp. vt in vtro- que casu valet. secundum Greg. Lopez in d. l. 39. in glof. quærens, ad fin. & ante cum Ant. de Butr. in d. ca. Gemma num. 7. Anchar. 6. summ. Rosell. Syluel. & March. de Perusio, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra numero 7.

Ilia tamen questio in proposito maxime con- trouersa est inter iuris Interpretes, an esto quod pena adiecta sponfalibus, & matrimonio non va- leat, nec exigi possit, nisi si alterius sponforum interfit, damnusque patiatur, possit pena exigi, quatenus sua interfit, quando alterius culpa non inuit?

Tres namque sunt opiniones in hoc articulo: prima habet posse peti interesse damni emergentis, & lucri cessantis: alia ait, neutrum lucrum peti posse, nisi sponfit violans fidem dolo inurer sponfa- lia, vt alter sponfitu illi patiatur, & hanc tenent plures Auctores; mihi vero tertia sententia placet magis, nemp. posse exigi interesse damni emergen- tis, vt si alter sponfit ratione sponfalium expensas fecerit, non autem interesse lucri cessantis, & hoc, non ratione promissionis pena, quæ nullam obli- gationem peperit, sed ratione iniustitiæ a violante fidem admittæ, vt recte cum alijs probauit Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio d. dispensatione 3. o. numer. 5. qui numeris præcedentibus Auctores primæ, & secundæ sententiæ refert, eorumque fundamenta.

Illud vero addiderit, quod etsi pena adiecta sponfalibus, vel matrimonio non valeat, nec exigi possit, si tamen sponte soluantur, eam recipiens, nõ tenebitur restituere donec iudice exactus ad resti- tutionem condemnatur, vt late probauit agens ad vtramque partem Thom. Sanch. d. lib. 1. dispensa- tione 3. 1. num. 2. per totam: cuius opin. veram esse cre- derem, quoties simpliciter errore ductus promit- tens penam credentis teneri, eam soluerit: ceterum si sciens non teneri, eam nihilominus sponte soluerit, non erit recipiens condemnandus ad eius restitutionem ex regula juris, quæ habet, cuius per errorem dati repetitio est, eiusdem consulto dati donatio est.

Quinimo idem esse videtur dicendum etiam si incius iuris penam soluerit, quia ignorantia iuris tam nouissima, nemp. d. l. Titia, & d. ca. Gemma & d. l. final. C. de sponfal. non excusat, saltem in foro exteriori, vt in iuribus vulgaribus: sed adhuc in

hoc vltimo subsistit, & verum id non esse censo, sed potius contrarium.

Quia in dubio donatio regulariter non præsumi- tur, l. Campanus ff. de oper. libert. l. cum de debito, vers. qui enim soluit ff. de probat. late plura congerens in proposito Maicard. de probat. 1. tom. conclusione 544. numero 1. cum sequentibus, vbi numero 5. quod potius præsumitur error, quam donatio: & nume- ro 6. id ampliatur, vt procedat etiam in facto proprio, & num. 7. quod potius præsumitur stultitia quam donatio: nec obstat quod paria sint scire, vel scire debere, l. quod te mihi, & ibi communiter DD. ff. si cert. pet. & regula juris præd. quod ignorantia juris neminem excusat.

Quia in hac materia penali non sufficit scientia præsumpta, sed certa requiritur, vt per Malfard. vbi supra num. 66. & 106. Unde quando quis erro- re ductus credens teneri ad penam promissam in sponfalibus vel matrimonio eam soluerit, poterit eam repetere, præmaxime si iud. nisi contra- rium probetur, nemp. eam scienter soluisse, hoc est sciens ad eam non teneri.

Sed an pena promissa in contractu sponfalium firmetur iuramento? maxime etiam controuer- tunt DD. quibusdam existimantibus, iuramentum in hac specie obligare, licet contractum non firmet: prout sunt, & sentiunt Alex. de Neuo in d. cap. Gemma numero 10. de sponfal. Cornueus consil. 294. præmaxime nu. 5. volumine 4. Umbertus de Bouen- co in repetet. auth. sacramenta puerum numero 133. C. si aduers. vendit. & quamuis dubius, magis inclinat in hanc partem Fortun. Garzia de vltim. fin. illatio- ne 2. o. numero 359. Menchaca de success. creatio. lib. 3. §. 2. num. 15. vbi in e- rro quodam casu eam limita- tum summa Tabien. verbo sponfal. quest. 8. numero 9. Armil. ibi num. 11. Aldin. Theolog. tom. 2. de iusti- tia, & iur. tractatu 2. dispensatione 151. folio 863. quæ sententia est facti probabilis secund. Thom. Sanchez lib. 1. de matrimonio dispensatione 32. num. 20. ad finem.

Alii vero melius voluerunt & tenent, huiusmodi promissionem pena non firmari iuramento.

Primo, quia huiusmodi promissio interdicitur propter vtilitatem publicam ob matrimonij liber- tatem, vt in d. l. final. C. de sponfal. ibi, cum in con- trahendis nuptiis libera potestas esse debeat: & in d. cap. Gemma, ibi, cum itaque libera matrimonia esse debeant: interest namque reipublice maxime libera esse matrimonia, quia ex coactis iurgia, dis- sensionibus, mala liberorum educatio, pessimum exitus sequuntur, vt experientia docet, & hoc vlti- mum probatur in cap. requisitum de sponf. fauore igitur publico interdicitur hac promissio pena, vt in terminis recte censuit Jaf. in d. l. Titia in princip. nu- mero 17. in fin. ergo non confirmatur iuramento, cap. si diligenter de for. compet. Bart. in l. si quis pro eo, 7. & 8. ff. de fidei iuss. Abbas & communiter DD. in cap. cum contingat de iur. iur. DD. etiam communiter in auth. sacramenta puerum C. si aduers. vendit. & late Couar. de pact. in 6. secund. de parte §. 1. numero 1. & 5. Ant. Gomez 2. tom. var. resol. cap. 14. num. 24. & 26. Menchac. vbi supra num. 21. & nos de iuramento con- firmatori. parte cap. 58. num. 5. Matien. in l. 2. glof. 3. num. 15. & 17. tit. 2. lib. 5. noua collect. Reg. Seraph. alios referens de privileg. iuram. privilegio 61. num. 13. Sanchez vbi supra num. 5.

Secundo probatur suprad. negatiua sententia 20 principalis, quia promissio pena in sponfalibus est contra bonos mores naturales, quia continet cul- pam venialem, siquidem est imprubatam a iure, vt supra probauimus hoc cap.

At iuramentum contra bonos mores naturales non est

CAPITULUM XVIII.

Vtrum arra, & sic pignus valde promitti possint pro sponsalibus adimplendis?

SUMMARIUM.

non est obligatorium, vt in regula non est obligatorium, quae sic debet intelligi, de reg. iur. in 6. Dupli- ceter namque iuramentum dicitur, atque esse potest contra bonos mores, scilicet, aut bonos mores ci- uiles, aut naturales: contra bonos mores civiles esse dicitur, quando res promissa licet in se non sit peccatum, potest tamen facile praedictum in infer- re bonis moribus, quos in bene instituta republica seruari decet: contra naturales autem esse dicitur, quando res promissa impleri non potest ab- que culpa lethali vel saltem veniali, & de his intel- ligitur d. reg. non est obligatorium, non vero, quando iuramentum solum est contra bonos mores civiles, vt tenent plures, quos refert Couar. de pact. in 6. ter- tia parte in princip. numero 1. & cum aliis multis Men- chae. d. s. 2. s. num. 9. cum sequentibus, & nos de iura- mento confirmat. 1. parte ca. 40. nu. 4. Molin. Theolog. 1. tom. de iustitia, & iur. tractatu 2. disputatione 151. in solutione ad primum, & haec est communis sententia, quicquid Coua. vbi supra cam impugnet, vt constat ex supra dictis, estque communissima, vt ex Tho. Sanchi. d. lib. 1. disputatione 32. num. 1. vbi quod neces- sario fatendum est, tunc tantum iuramentum homi- ni praestitum non obligare quando promittitur res, quae abique culpa saltem veniali impleri non potest, secundum Abb. in d. ca. cum contingat. num. 7. & faceret Couar. vbi supra nu. 1. vers. 3. constat. Molin. vbi supra disputatione 149. s. bis exemplis, & in 2. tom. disputatione 271. fol. 117. sed promissio pena in sponsalibus est huiusmodi, vt probauimus: ergo iu- ramento non confirmatur.

Et in terminis de quibus agimus, hanc senten- tiam negatiuam merito, vt verior, & tenendam tuetur Bart. in d. l. si quis pro eo num. 6. & in d. l. Titia in princip. numero 11. vbi Angel. & Cuman. num. 1. Alciat. num. 2. in fine. Salic. in d. l. final. num. 11. C. de spon- sal. Ant. de Butrio in d. ca. cum contingat nu. 8. & ibi Alex. de Neouo num. 42. in fin. & Imol. quamuis dubius n. 32. Alciat. nu. 2. Præpos. in d. c. Gemma. nu. 2. Couar. alios allegans in rubric. de testam. 2. parte num. 17. Anton. Gomez 2. tom. var. resol. c. 14. num. 24. Anto. Cuchus lib. 1. instit. mai. tit. 12. num. 194. & hanc se- quitur, & late probat alios allegans, & dicens eam probabilior Thom. Sanchez. d. disputat. 32. numero 21. per totum, estque communis sententia, vt ex su- pra dictis patet, & ideo proculdubio tenenda, licet pena modica sit, vt cum ceteris indistincte loquen- tibus contra Alciat. tenet Sanchi. vbi supra in fine, d. nu. 27. qui nu. 22. bene infert hoc iuramentum minime obligare, & consequenter nulla indigere relaxa- tione.

Unde necessario non est in proposito longa, & inutilis, & nescio an vera disputatio, & resolutio e- iusdem Thom. Sanchez. ibidem numero 24. & 25. au- dato, quod praed. iuramentum soluendi penam in sponsalibus promissam obligaret satis fiat momen- tanea solutione statim repetendo, concedaturque absolutio, & tenet partem negatiuam, sed minus bene, siquidem communis, & vera sententia habet praed. iuramentum non obligare, neque relaxa- tione indigere, quod si ad huc aliud dicendum esset cum prima opinione affirmatiua supra dicta (quod negamus) in iuramento tamen soluendi in iudo am- missa ad creditum, de quo agit Sanchez vbi supra ad fundandam suam nouam, & singularem opin. com- munis sententia quoque habet, satis fieri momentanea solutione statim repetendo, & concedatur re- peticio, & iuramenti relaxatio, vt ex ipsomet An- thore constat, qui quampures grauissimos Autho- res hoc tenentes, refert, cur igitur passim contra communem tenet: verior ergo, & magis recepta sententia est contra se.

- 1. Arra, & sic pignus valde promitti possint pro spon- salibus adimplendis, & num. 2. de ratione differen- tie in hoc, & in appositione pena prohibitori. & num. 3. quod tradi debent, & num. 4. ampliatur, vt procedat etiam si dicatur quod arra dantur nomine pena: & sufficit in hoc confessio recipi- entis, vt in numero 5.
- 2. Arra praed. an possint constitui vt in quacumque quan- titate?
- 3. Arra praed. an possint constitui in specie?
- 4. Arra in matrimonijs an possint vtriusque constitui?
- 5. Arra praed. quando per dantur, & quando non, & nu- meris sequentibus vbi numero 17. an pena dupli- vel quadrupli adiecta dationi arrarum debeatur, & num. 18. quid in foro conscientiae?
- 6. Pena conventionalis an debeatur in foro conscientiae.
- 7. Pena conventionalis desitio curia non sit condemnatio nisi quatenus inter est.
- 8. Debetur pena conventionalis, dum a se non petitur an possit eam praescribere, & quot tempore?
- 9. Pater promittens arras pro filia an eas amittat si fa- ciat quicquid in se se, vt matrimonium celebre- tur?

Es est clara, siquidem licitum est arras spon- ponere amittendas per sponsalium fidei violatorem, l. arris, & l. fina. C. de sponsal. l. i. tit. 1. partia 4. l. 89. tit. 18. partia 5. probat D. Couar. in 42. parte 1. 7. n. 6. & vbi que communi- ter omnes.

De ratione differentiae inter appositionem pe- nae in sponsalibus & matrimonio prohibitam, vt c. praecedenti late probauimus, & arrarum, non satis conuenit inter Doctores, siquidem nulla ex eis traditis est concludens, quae refert, & improbat Thom. Sanchi. lib. 1. de matrimonio disputatione 35. nu. 2. vbi tandem inquit cum Jas. in l. Titia in princ. numero 2. ff. de verb. oblig. nullam earum concludere, nec scrupulo carere, sed congruentiam quandam praese ferre, quae sufficiens fuit ad inducendum Legislatorem, vt etis promissis penam interdiceret: frequentior tamen ratio differentiae in proposito est, quod cum pena non statim tradatur, sed promittitur in futuro, facilius, & incaute in magna quan- titate promittitur: arra autem, cum re ipsa tradi debeat in contractu sponsalium, in minori quan- tate, & maturiori consilio traditur, nec tantus sub- erit timor amittendi arras iam traditas, quantus solu- endi penam promissam: faciliores enim multo sunt homines ad promittendum, quam ad traden- dum, quae quidem ratio, etsi scrupulo non careat, vt inquit Sanchez, mihi tamen ex omnibus verior, & magis concludens videtur.

Ad hoc autem, vt valeat praed. promissio arrarum in proposito, necessarium omnino est, quod tradatur, vt constat ex eisdem legibus de hoc a- gentibus, nempe ex d. l. final. C. de sponsal. ibi, acceperit arras, quod traditionem significat: tex. in s. item lapsi institui. de rerum diuis. idem apertius probatur in d. l. 84. in illis verbis: los quales maravedis passaron a su poder, e otorgo que era pagado de ellos: & praeterea, quia quoties arras non traduntur, nihil distant a

pena, & in terminis ita tenet communiter DD. in cap. Gemma de sponsal. nempe Anton. de Butrio nu. 8. Gardin. num. 2. Anchar. lo. Alexan. de Neouo nu. 23. post Abb. nu. 8. Præpos. nu. 8. & 10. Barr. in d. l. Titia in princip. n. 6. & ibi communiter DD. nempe Angel. Paul. Imol. & las. num. 23. Bald. in l. final. n. 7. C. de sponsal. Tira. lib. 2. de vtraque retrad. ad suum tituli. numero 55. D. Couar. vbi supra numero 7. & 9. Socin. consil. 3. volumine 1. Brun. de sponsalib. conclus. 16. n. 3. Summitta verb. sponsalia, nempe Rosell. num. 7. Angel. 13. Syllu. q. 9. dist. 1. & 3. et communis secund. Villalob. in suo arario commun. opin. litera P. num. 89. & probat Roder. Suarez in l. 1. in princip. tit. de las ar- ras. Greg. Lop. in l. 39. tit. 11. par. 5. verb. la pena Ant. Gomez in l. 5. e. Tan. num. 12. Matien. in rubr. tit. 2. lib. 1. nona collect. Reg. gloss. 2. num. 3. sequitur Ludou. Lop. in 2. parte Instru. conscient. in materia de matrim. c. 36. prope fi. Thom. Sanch. cum alijs lib. 1. disputatione 35. num. 3. contra gloss. verb. libera, & vere accedens de procurat. Palac. Rub. in rubrica de donat. inter vi- rum, & uxore. s. 2. n. 2. in fin.

Quod adeo verum est, vt si quis dicat, do tibi cen- tum pro pena, si matrimonium tecum non con- traxero, & re ipsa tradat illa centum, valebit quid- em, quia nomine us proena est, re autem ipsa ar- ra, alias namq; esset imponere legem verbis, & non rebus, contra l. 1. & 2. C. commun. de legat. l. 2. ad fin. ff. de constit. princip. ita in terminis tenet Joann. de Imol. quamuis tandem relinquat cogitandum in d. l. Titia in princip. n. 6. sequitur dicens menti tenen- dum Gregor. Lop. in d. l. 49. verbo pena ad fin. titulo 1. 1. partia 5. Thom. Sanchez vbi supra num. 4. Deinde obseruandum est in hac materia, quod licet Imol. in d. l. Titia in princip. num. 7. & ibi Angel. num. 1. & Paul. num. 4. censent, receptionem arrarum non probari confessione recipiens, eo quod sit confessio inter personas suspensas, & rei prohibita, argum. l. qui test. cum similib. ff. de probat. Verius tamen, & receptus est; standum esse in hoc confessioni recipientis, dum contrarium non probatur, argumento l. Publ. ff. final. ff. de post. ita re- net Bart. in d. l. Titia in principio numero 7. vbi Arcin. Cuman. numero 8. las. 28. Alciat. 13. & placet Couar. in 42. parte cap. 3. s. 7. numero 10. Anron. Cuch. lib. 6. instit. mai. tit. 12. numero 206. Matien. vbi supra num. 3. Ludouic. Lop. & Sanchez, vbi supra num. 5. Quod si vtraque pars hoc confiteretur, maxima esset fraudis praesumptio, secund. Bart. & Couar. vbi supra cum alijs, quorum opinio mihi non placet, siquidem vile per inutile non debet vitari, iuxta regul. juris vulgarem: & quia est actus correlatiuus, arra namque recipi non possunt, nisi tradantur: ergo confessio vtriusque partis minime vitare debet actum, quid enim interest in hac specie inter confessionem vnus, & vtriusque partis, siquidem cum arra re ipsa recipiuntur, prohibita non sunt, vt patet ex supra dictis: & ita cum iudicio Thom. Sanchez vbi supra numero 5. huius praesumptionis frau- dis non meminit.

Uterius, etsi maxime controuersum sit inter nostrates, vtrum arra constitui possint in quacun- que quantitate, quibusdam existimantibus, non va- lere arras, quando tanta sunt, vt contrahentium qualitate atenta, verisimile sit fore, vt timore arras amittendi matrimonium inean, vt sunt Ioan. And. in d. cap. Gemma numero 9. & ibi Abb. num. 8. Henric. 9. in fin. Alexan. de Neouo num. 15. & ibi Petrus Rau- uen. Cyn. in d. l. Titia in princip. de ff. verb. oblig. Rosel. verb. sponsalia numero 7. & ibi Angel. numero 12. Syllu. quest. 9. disto 2. Brunel. de sponsal. conclus. 16. num. 4. alios vero sententibus, valere arras in qua- uis quantitate, dummodo dotis, vel donationis

propter nuptias quantitate non excedant, etsi hoc non interueniant, quantitate praescriptam a lege, iubemus, ff. de repud. scilicet, tertiam bonorum partem, ita docent Bart. in d. l. Titia in princip. num. 5. & ibi Alciat. n. 13. dicens hanc esse equam, licet contra- ria sit receptori, Salic. in d. l. final. numer. 15. C. de sponsal. Anton. in d. c. Gemma num. 3. & ibi Præpos. nu. 9. Suarez vbi supra, Brunel. in d. concl. 16. n. 2. Cuchus vbi supra num. 200. cum seqq.

Verior tamen, & magis communis sententia habet, valide apponi posse arras in quacumque quan- titate, quia leges de hoc agentes generaliter, & in- distincte loquuntur, & quia adhuc non militat eadem ratio in magnis arras, quam in penarum enim illa traditae sunt facilius, & suauius amittuntur, quam non traditae pena soluantur, ita cum alijs probat, & tenet D. Couar. in 42. parte de sponsal. c. 3. s. 7. n. 9. Hostien. in summa de sponsal. s. 1. num. 2. Cardin. in d. c. Gemma nu. 2. Bald. in l. fina. nu. 8. C. de spon- sal. Angel. in d. l. Titia in princ. numero 2. & ibi Paul. num. 4. Cuman. nu. 6. & 7. Imol. num. 7. las. num. 21. Tabien. verb. sponsalia quest. 5. nu. 9. in princip. Greg. Lop. vbi sup. Matie. vbi supra num. 4. & alios allegans Thom. Sanch. vbi supra n. 9. vnde iuste cauere potest pro matrimonii securitate magnas arras tradere, & stipulari in quadruplum, & si contrahentes sint mi- nores, facere, vt parentes tradant, ita Hostien. Tabien. & Sanchez vbi supra n. 10.

Obseruandum est etiam, quod etsi non desint qui negent arras in specie constitui posse, sed oportere, quod in quantitate numerata assignentur, & quod alias duplicari non possint, prout duplicandae sunt ex altera parte, iuxta l. final. C. de sponsal. ita tenet Bart. in d. l. Titia in princip. num. 10. & Ant. de Butrio in d. ca. Gemma num. 8. & ibi Anchar. num. 10. Abb. 8. Alex. de Neouo num. 26. Rosel. verb. sponsalia nu. 7. Brunel. de sponsal. d. conclusio 16. num. 3. & Suarez in l. prima in princip. tit. de las arras, lib. 3. fori. verius tamen est atque receptius, arras in specie posse consti- tui, vt decidit l. 84. tit. 18. partia 3. bene namque potest vere tradi possessio iure pro arris dati, & etiam sicte per clausulam constituti, & alias, sicut traditur, quando venditur, potest etiam duplicari, si non sequito matrimonio reddatur fundus, & eius aestimatio, & in terminis ita tenet alios allegans D. Couar. vbi supra n. 7. Bald. in d. l. final. nu. 8. & ibi Salic. nu. 2. C. de sponsal. Præpos. in d. ca. Gemma num. 11. de sponsal. Cuman. num. 10. & communiter DD. in d. l. Titia in princip. nempe Paul. de Castr. numer. 4. Arcin. num. 9. las. 35. Alciat. n. 17. Imol. n. 7. Greg. Lopez in d. l. 84. in gloss. tal vnum. Anto. Cuchus lib. 5. Instit. mai. tit. 12. n. 203. & 207. Matien. in rubrica tit. 2. gloss. 2. n. 2. lib. 5. nona collect. Reg. & Azeued. in l. 2. eiusdem tituli num. 6. & alios referens Tho. Sanchez vbi supra n. 12. licet Greg. Lop. in d. l. 84. in gloss. e apodero, teneat cum Bart. in d. l. Titia columna fina. realiter de- bere tradi possessio arrarum in specie constituta- rum, nec sufficere tradi per constitutum.

Deinde obseruandum est, quod etsi communis opinio habeat arras non posse vtriusque constitui altero tradente certam arrarum quantitate, & altero reddente similiter arras, & aliter reddente similiter arras, vt affirmat Thom. Sanchez vbi supra num. 13. vbi plures hoc tenentes refert, dicens esse communem, & valde obabili- lem sententiam; probabilior tamen est v. re, quia leges absolute permittunt arras, nec in sum est haec mutua traditio, quia dans arras perdit, quas dedit, & restituit, quas accepit, si per ipsam stet quominus celebretur matrimonium, & ita merito tenent hanc opin. Cyn. in d. l. fin. quaestione 6. C. de spon- sal. & ibi Bald. num. 7. Salic. num. 8. & probabilior em dicit D. Couar. vbi supra numero 7. & eam sequi- tur